

tensionum mearum aulicarum ad 12.
 millia florenorum: ut Ei mandatum
 est à Cæsare. In hunc eventum misi
 literas plenipotentiaras Academiae
 Rostochiensi, ut si fortè prædium sit
 futurum, id Academia per procura-
 torem administret, donec veniam.
 Scio admirabuntur audaciam hanc
 meam, & cachinnos effundent: Sed
 ut conditio est, ita mea consensio re-
 spondere debuit. Illi quidem me vo-
 cant, pollicentur ea ex continuatio-
 ne gratiæ Principis, quæ nunc ha-
 beo Sagani. At ubi ego Rostochium
 transivero, Germania migraveo:
 Princeps suæ gratiæ potestatem ha-
 bebit, fortuna Principis. Quicquid
 præterquam nunc est, evenerit; re-
 digar ego ad angustias salarii Mathe-
 matici, procul ero ab aulâ.

Si pax erit ad littus Balthicum;
 necesse est Ducem cum exercitibus
 abire